

TEXTES RELATIFS A LA REFORME DES STATUTS PREMONTRES EN 1505

publiés par Emile Valvekens, o. Praem.

L'origine des nouveaux Statuts Prémontrés de 1505 est connue dans ses grandes lignes ¹⁾. Récemment, nous avons exposé, ici même, l'histoire des Statuts de 1505, telle que les Actes du Chapitre Général permettent de la faire.

Comme nous le disions alors, nous n'avons pas voulu entreprendre l'exposé de l'histoire du texte des Statuts. Nous laissons cette tâche à celui qui éditera plus tard le texte critique des différentes codifications statutaires.

Au cours de nos recherches, nous avons rencontré différents documents, pouvant servir à l'étude du texte lui-même. Nous les versions ici au dossier.

Il s'agit, en premier lieu, d'une tentative quelconque de revision des Statuts par le Chapitre Général de 1481.

Ce fut, on le remarquera immédiatement, une revision hâtive, préconisant quelques solutions de toute facilité. Le texte désuet des anciens Statuts était remplacé, à tort et à travers, par la brève décision trop connue : « relinquitur discretioni Abbatis ».

Notons cependant que le texte de 1481 contient quelques indications de valeur.

On admet officiellement la légitimité des « récréations ».

On abolit le travail manuel, tout en ne précisant pas assez par quoi il fallait le remplacer.

On admet que chaque circarie n'envoie que deux prélats au Chapitre Général.

On insère, dans le corps des Statuts, le changement de date du Chapitre. Il se tenait auparavant au mois d'octobre. Actuellement, il se tient au dimanche « Cantate Domino » après Pâques.

1) Voir mon article *Le Chapitre Général de Prémontré et les nouveaux Statuts de 1505*, publié dans *Analecta Praemonstratensia*, t. XIV, 1938, pp. 53-94.

Par ailleurs, on accentue trop volontiers la toute-puissance des prélats. Les modifications, apportées à la deuxième distinction, sont particulièrement éloquentes. Notons deux faits : 1° on insiste pour un meilleur règlement de la pension des prélats, donnant leur démission; 2° on abolit certaine prohibition ancienne, empêchant les prélats de demander ou d'accepter les ornements pontificaux.

Vraiment, la tentative de révision, faite en 1481, n'est qu'une tentative quelconque.

Ensuite, nous avons cru utile de publier le texte complet du Chapitre Général de 1498.

Il ne faut pas de longs exposés pour justifier cela. Je renvoie le lecteur à ce que j'ai écrit auparavant ²⁾.

Dans la préparation des nouveaux Statuts de 1505, le Chapitre Général de 1498 a été l'un des principaux. Il prit connaissance du texte provisoire des Statuts refondus. Il prit acte de l'intervention du Roi de France en faveur d'une réforme de la vie prémontrée.

Par ailleurs, les Actes du Chapitre de 1498 permettent de saisir sur le vif la marche d'un Chapitre Général au début des temps modernes, et la mentalité des dirigeants de l'Ordre à l'époque de la composition des Statuts.

On voudra bien comparer le texte, publié ici, avec les relevés de compte du même Chapitre, que j'ai publiés autre part ³⁾.

Enfin, nous publions une lettre du Général Jean de l'Escluse, notifiant aux Prélats des Pays-Bas l'intervention du roi de France en faveur d'une réforme prémontrée.

Cette lettre expose, mieux que tout autre document publié à ce jour, la véritable portée de l'intervention royale.

Nous donnons ces textes d'après la copie, faite au dix-septième siècle par le camérier bien connu de l'abbaye d'Averbode, Gilles die Voecht.

Anderlecht-Bruxelles, octobre 1938.

2) *Ibid.*, pp. 63-66.

3) Voir mon article *La situation financière du Chapitre Général Prémontré au début du seizième Siècle*, *ibid.*, XIV, 1938 pp. 173-185.

I.

Modifications, apportées aux anciens Statuts par le
Chapitre Général de 1481.

Reformatio Statutorum facta in Premonstrato a Capitulo Generali
anno 1481.

In capitulo quinto primae distinctionis super verbis *premissa confessione* addatur : generali.

In capitulo sexto super verbis istis : *Hec et cetera*, illa clausula finalis extendatur ad omnes clausulas prescriptas istius capituli.

Septimum capitulum prime distinctionis est de Jejuniis a festo Exaltationis S. Crucis usque Pascha. Servatur jejunium iuxta formam capituli *Licet Dominus noster* et Bullam Pape Pij. Cetera in eodem capitulo contenta committuntur discretioni prelatorum.

Octavum capitulum predictae distinctionis arbitrio et discretioni prelatorum seu Capituli Generalis relinquatur.

Nonum capitulum maneat.

Decimum capitulum servatur. Oportet tamen providere ubi fratres carnibus vesci debeant. Concedatur autem volentibus etiam comedere carnes in refectorio.

Undecimum capitulum competenter stat. Bonum esset habere declarationem quae loca dicuntur habere copiam piscium; et quando pisces non invenirentur, quid sit faciendum; et hoc committatur dispositioni prelatorum secundum facultates ecclesiarum et dispositiones regionum.

12 cap. bene stat.

13 cap. indiget correctione non modica videlicet quod fratres possint non vestiti sive lectis plumatis dormire in dormitorio.

14 maneat in dispositione prelatorum.

15 cap. bene est; sed addatur ad verba, quae habentur in professione « quos secundum formam Ordinis canonice elegerit » istud verbum *vel receperit*, et ponatur in potestate Domini Premonstratensis.

16 cap. Attendatis bene tamen illam clausulam circa etatem, quod committatur D. Premonstratensi de duobus annis, quia videtur hoc esse contra dispositionem juris.

17 bene.

18 cap. secundum tenorem Bulle Pij. Cetera committantur prelati.

19 reformetur et habeant religiosi recreationes honestas ad discretionem prelatorum, salvo quod non vescantur carnibus nisi diebus eis concessis.

22 cap. De rasura. Serventur consuetudines patrie secundum dispositionem prelatorum et annuorum circatorum.

Distinctio Secunda.

Primum Capitulum secunde distinctionis, salvo quod cedentibus ex legitima causa melius provideatur secundum facultates ecclesiarum. Item nota in fine quod Capitulum studeat impetrare ut habeat auctoritatem in his, que traxerunt originem a privilegijs et statutis papalibus. Item, ad verba *in festis duplicibus* addatur *maioribus*, quae apud aliquos vocantur triplicia, quadruplicia vel precipua. De equitatura respiciatur ad consuetudinem patrie et ad facultates monasteriorum, sic tamen quod studeant restringere numerum equorum quantum modo possunt bono. De non usu pontificalium tollatur clausula illa : *nullus quoque Abbas*.

Secundum caput stat bene, salvo quod labores ubi non est opus laborare mutantur in alia exercitia honesta. Cetera sunt in dispositione abbatis.

Tertium caput bene, etiam quartum sequens et quintum, sextum, septimum, octavum, nonum, decimum et undecimum bene stant.

Duodecimum bene, sed non servatur quia in diversis locis aliter providetur per alios. Sit igitur in dispositione Abbatis.

Decimum tertium indiget reparatione. Servetur secundum discretionem prelatorum et facultates ecclesiarum.

Decimum quartum secundum exigentiam locorum et facultatem locorum.

Decimum quintum committatur prelati.

Decimum sextum et decimum septimum serventur secundum tenorem Pape Pij et dispositionem etatis quoad dormitionem portarii religiosi.

Decimum octavum et decimum nonum satis bene servantur.

Distinctio Tertia.

Capitulum primum tertie distinctionis bene per omnia.

Secundum stat satis bene. Provideatur tamen bene super penis, quia male servatur in pluribus locis. Sit ergo pena arbitraria tam pro prelati quam pro religiosi fratribus.

Tertium est satis penale. Extendatur ergo ultima clausula ad omnes clausulas precedentes.

Quartum stat bene in fine; sed moderetur pena in principio taxata pro fratribus foris manentibus ad arbitrium Abbatis.

Quintum bene per omnia stat, dempta clausula que adimit facultatem Abbatibus dispensandi.

Sextum, septimum, octavum, nonum similiter bene.

Decimum capitulum de gravissima culpa provisum est per tertium capitulum.

Undecimum et ultimum capitulum stant satis bene.

Distinctio Quarta.

In primo capitulo Quarte distinctionis ubi habetur *ijdem omnes abbates nostri Ordinis pariter convenient* addatur *vel ad minus duo de circaria deputandi, qui veniant expensis remanentium, nisi Dominus Premonstratensis plures vocandos duxerit.*

Item super illo verbo *ibi et non alibi* addatur *nisi de consensu Dni Abbatis Premonstratensis et Capituli Generalis aliter fuerit ordinatum.*

Item super illo verbo *in solemnitate Dionisij* loco illius ponatur *Dominica Cantate post Pascha*, qua dominica et duobus sequentibus fiet omnino perinde sicut ordinatum est de festo Dionisij cum duobus diebus sequentibus, salva moderatione facienda in penis contentis in dicto capitulo. Et etiam quoad varia statuta moderatione facta per Gregorium et postea tam de illis statutis quam de ordinationibus factis per eundem Gregorium, moderatione nova facta per Papam Pium. Loco autem pene statute in abbates non venientes ad Capitulum, ordinetur contra abbates non venientes neque mittentes duos de qualibet circaria ut premittitur pena tallie unius anni applicande ad usum Capituli Generalis cum pena arbitraria alias iniungenda per Capitulum Generale.

Secundum, tertium, quartum, quintum, sextum, septimum, octavum et nonum bene; notentur tamen pene ipso facto late.

Decimum, undecimum, duodecimum bene. Cogitetur autem circa decimum tertium de esu cum mulieribus. Videtur ad verba illa *comedere velit* addendum esse *vel dare licentiam comedendi.*

Decimum quintum bene examinetur propter censuras, quod sic videtur reformandum : quod conspiratores et portantes cultellos acutos aut arma ad nocendum, apostatas quos excommunicationis sententiam incurrere decernimus, ipso facto excommunicatos denuntient ad minus semel in anno, scilicet dominica ante Pascha; ludentes vero ad decios aut alium quemcumque ludum pro pecunia inbursanda, si super hoc convicti fuerint. Et cetera prout inibi continetur.

Decimum sextum, septimum, octavum, nonum, vigesimum et vigesimum primum bene stant.

Vigesimum secundum indiget masticatione tali, scilicet quod si ex maiori contemptu acrius puniantur, si aliter minus.

Vigesimum tertium bene stat.

Copie du dix-septième siècle, faite par Gilles die Voecht, camérier de l'abbaye d'Averbode.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. IV, reg. 173, fol. 236 r^o-239 v^o.

II.

Jean de l'Escluse, abbé de Prémontré, communique aux prélats des circaries de Floreffe, de Flandre, du Brabant, de Frise et de Westphalie le contenu des quatre articles royaux.

1498 n.s. avril 1.

Hec epistola pertinet ad Articulos a Rege Francorum propositos, ratione quorum scripta est.

Joannes, permissione divina Abbas Premonstratensis, universis et singulis Ordinis nostri Prelatis in circarijs Floreffie, Flandrie, Brabantie, Frisie et Westphalie constitutis, salutem et sinceram in Domino charitatem.

Universitati vestre notum facimus qualiter Illustrissimus et serenissimus Princeps et dominus noster dominus Carolus, Dei gratia Francorum Rex christianissimus, vicibus multiplicatis nobis scripserit, mandando ut ad eum properaremus, habens aliqua pro statu seu reformatione nostri Ordinis nobis dicere ac precipere. Tandem, ex consilio venerabilium fratrum nostrorum Abbatum S. Martini et Cuissiacensis, assumpto nobiscum venerabili fratre nostro Abbate de Brana, sacre Theologie professore, ad ipsum non sine magnis expensis et grandi corporum vexatione transivimus. Qui nobis tradidit seu tradi fecit unum parvum rotulum, quatuor articulos continentem, volens ut in continenti pro toto Ordine nostro respondere-mus. Nos autem, post multas pretensas excusationes, dilationem responsi usque ad futurum nostri Ordinis Generale Capitulum obtinere potuimus. Cum autem pretacti articuli, quorum copiam vobis transmittimus, concernant statum totius nostri Ordinis et legis habet auctoritas, quod omnes tangit ad omnibus debere approbari, vosque omnes et singuli teneamini ex debito annuo Capitulo Generali Ordinis nostri interesse, nisi adsit excusatio legitima; hinc est quod nos, timentes imminentem ruinam Ordinis nostri, quam deformitates ipsius minantur, et ideo adversus eam remedium quantum cum

Deo poterimus, apponere salubre cupientes, vos omnes et singulos supradictos in prefatis circarijs constitutos monemus et hortamur per viscera Domini et Dei nostri, et nihilominus precipimus et mandamus quatenus singuli vestrum ad nostrum proxime futurum Generale Capitulum, nisi adsit inevitabilis excusatio, venire maturetis, quatenus gratia divina vestroque consilio facientibus ad tante Ordinis nostri ruine obviandi remedium conveniens et opportunum apponamus; quod cedat ad Dei gloriam, Ordinis nostri honorem, animarum nostrarum nobisque subditorum salutem; tantum deinde facientes, quod ipse Dominus Rex noster ceterique principes catholici debeant de nobis et Ordine nostro merito esse contenti, quodque inimici nostri non habeant amplius occasionem obloquendi de nobis.

Datum Premonstrati, sub sigillo nostro abbatiali, die prima mensis Aprilis a^o Domini 1497.

Sic signatum :

Per Dominum Abbatem,
Joannes Hanot.

Copie du dix-septième siècle, faite par Gilles die Voecht, camérier de l'abbaye d'Averbode.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. IV, reg. 173, fol. 120 r^o-121 v^o.

III.

Actes et Décrets du Chapitre Général de Prémontré en 1498.
1498 mai 13.

Acta et definitiones Capituli Generalis Ordinis Premonstratensis celebrati in monasterio S. Martini, Laudunensis diocesis, xiiij die mensis Maij et diebus sequentibus a^o 1498.

Dnus Premonstratensis
S. Martini Laudunensis
Floreffiensis
Cussiaccensis
Bone Spei
Parcensis
Viconiensis
Furnensis
Clarifontis
Insule Dei
Vallis secrete

Steynveldensis
Knechtstedensis
Viromandensis
S. Mariani Altissiodorensis
Montis Dei
Loci restaurati
de Longo Vado
Septem Fontium in Therascia
Jovillaris
Vallis Dei
S. Petri Selincurtensis

Camere fontis
 Calvi montis
 Thenoliensis
 de Seriaco
 S. Justi
 Buciliensis
 Gaudij vallis
 de Brana
 S. Foillani
 S. Andree in nemore
 Vallis Christiane
 Carthovorensis

Regie Vallis
 de Moncellis
 Belle Vallis in Argona
 S. Joannis Ambianensis
 Vallis serene
 de Perrodio novo
 Janduriarum
 de Marchasio Radulphi
 de Ressonio
 Albe Curie
 Montis S. Martini
 de Stella

Quam plures per literas excusatorias et procuratores comparuerunt.

Subscripti prestiterunt obedientiam manualementem :

Steynveldensis
 Knechtstedensis
 S. Andree in Nemore
 S. Foillani
 S. Justi
 Furnensis

Parcensis
 Clari fontis
 S. Petri Selincurtensis
 Gaudij vallis
 Albe Curie.

In primis ordinatum est quod omnes prelati hac vice erunt definitores.

Item, Missas celebrari consuetas : primam Steynveldensis, secundam Knechtstedensis et tertiam Parcensis monasteriorum abbates celebrabunt.

Item Calvimontis et Thenoliensis monasteriorum abbates regent chorum.

Item, receptores talliarum erunt Vallis christiane et Carthovorensis abbates.

Item, excusationes abbatum recipient Parcensis et Bone Spei abbates.

Item, literas missivas a quibuscumque presenti Capitulo recipient, videbunt, examinabunt et diffinitoribus presentis Capituli referent S. Evodij de Brana, Viconiensis, S. Joannis Ambianensis, Furnensis et Clarifontis abbates.

Item, literas sigillo Generalis Capituli sigillandas examinabunt et sigillabunt Patres Abbates cum his, quos voluerint convocare.

Item, auditores computorum erunt Patres, et hi qui voluerint interesse.

Item, precipitur universis et singulis tam prelati quam religiosi

quod intersint Missis prelatorum a principio usque ad finem et observent silentium in ecclesia et claustro, sub penis in Statutis contentis.

Item, Capitulum admittit magistrum Joannem Perrachel, notarium apostolicum, in notarium Ordinis sub stipendijs consuetis, revocando literas magistro Cassiano Bevere alias super dicto officio concessas; quique notarius juravit in presentia Capituli exercere fideliter dictum officium notariatus ad honorem et utilitatem nostri Ordinis secundum suum posse nec aliquas literas signare, que possint in detrimentum Ordinis redundare.

Item, ordinat Capitulum quod omnes prelati tenebuntur comparere annuatim in Capitulo Generali, demptis remotioribus, cum quibus aliis dispensatum fuit par Capitulum Generale, et alijs non valentibus comparere; qui tamen, in casu legitimi impedimenti, teneantur mittere nuntium sive procuratorem cum sufficienti mandato iurandi in animam mittentis quod excusatio in literis contenta sit legitima et vera; alioquin tenebuntur solvere ad utilitatem Capituli Generalis tantam summam pecunie, quantam expenderent veniendo ad illud Capitulum et recedendo.

Item, ordinat Capitulum quod in quolibet monasterio Ordinis nostri fiat unum servitium solemne pro salute anime pie memorie D. Huberti, Abbatis Premonstratensis defuncti.

Item, Capitulum absolvit modernum abbatem Steynveldensem a visitatione Capituli Generalis ratione servitij sui et invaliditudinis corporalis.

Item, super supplicatione D. Premonstratensis, requirentis habere caritativum subsidium ab Ordine pro sublevamine expensarum, quas sustinuit pro obtinenda a summo Pontifice confirmatione sue electionis, Capitulum presens dedit ei unam talliam levandam infra biennium et unam gratiosam contributionem super curatis, quos prelati taxabunt secundum valorem suorum beneficiorum.

Item, ordinat Capitulum presens ut frater Thomas de Lescluze, religiosus monasterij Viromandensis, sit Prior nostri Collegij Parisiensis et ipsum ex nunc constituit in Priorem dicti collegij, cum stipendijs consuetis; quique prestitit coram Capitulo juramentum solitum.

Item, Capitulum restituit vocem, stallum et velum sorori Agneti de Tuyl, moniali monasterij Sinus S. Marie, et quod de eo fiat commissio Abbati Bernensi.

Item, annuit Capitulum presens quod litere date magistro Joanni Pinchon a pie memorie Dno Huberto, Abbate Premonstratensi,

commendatario perpetuo monasterij S. Pauli Virdunensis, et toto conventu dicti monasterij super bonis domus de Vano per ipsius Capituli sigillum confirmentur.

Item, quod fiat missiva Dno Comiti Palatino, regratiando ipsum de bono zelo quem habet ad reformandum monasteria in suis dominijs constituta, significativa quomodo Capitulum presens condescendendo suis pijssimis requisitionibus, ordinavit commisiones per ipsum requisitas abbatibus per eum nominatis, videlicet visitationem Laurissensis monasterij, Maguntinensis diocesis, Preposito S. Marie Magdeburgensis; similiter visitationem circarie Wadegotie et Yveldie abbati Cappellensi et Preposito Laurissensi, Maguntinensis diocesis, supposito, quatenus dignetur habere Ordinem nostrum et commissarios predesignatos in Domino recommendatos.

Item, similiter fiat missiva Dno Archiepiscopo Coloniensi, significando sibi quomodo, annuendo suis literis gratiosis, Capitulum presens constituit prelatos per ipsum requisitos, videlicet Prepositum Magdeburgensem et dominos abbates Steynveldensem et Knechtstedensem in visitatores circariarum Westphalie et Saxonie, supplicando ut dignetur ipsos habere in facto reformationis per eosdem faciente recommissos.

Item, fiat alia missiva gratiosa eidem Dno Archiepiscopo Coloniensi, eidem humiliter supplicando quatenus dignetur restituere Ordini nostro monasterium de Capella iuxta Coloniam, per suum predecessorem ab Ordine nostro alienatum, et faciat sorores monasterij Ulinckhuysen (Olinghausen) prope oppidum Weinsberch deferre habitum nostri Ordinis et observare tria religionis essentialia vota.

Item, Capitulum constituit abbatem Osterhoviensem, in visitatorem Bavarie.

Item, fiat specialis litera, quomodo Capitulum ratificat omnia agitata par abbatem Milovicensem, Patrem Abbatem monasterij Plagensis, in depositione Dni Waldrici, quondam Prepositi in monasterio Plagensi, et quod carceri mancipetur donec et quousque sibi visum fuerit necessarium ad impediendum quod ipse Waldricus deterius non committat.

Item, Capitulum annuit supplicationi Dni S. Martini Laudunensis et sui conventus, videlicet ut annue possint cantare de Beato Nicolao et S. Catharina hymnum proprium et de S. Barbara propriam sequentiam.

Item, Capitulum remittit Abbati de Genliaco talliam sui mona-

sterij usque ad viginti annos, et una cum hoc recipiet pro isto anno de Capitulo decem libras Turonenses et similiter in anno futuro adhuc decem libras Turonenses pro refusione expensarum et damnorum que sustinuit in prosecutione processus contra Officialem Noviomensem occasione fratris Petri Cuffet, religiosi sui curati alterius portionis ecclesie parochialis de Genliaco.

Item, fiat missiva Priori et conventui monasterij Jettensis significativa quod frater Jacobus Traburguier, religiosus dicti loci, resignavit sigillum conventus dicti monasterij ipsi Capitulo; quod datum fuit sub custodia Abbatis Parcensis usque ad adventum Dni Premonstratensis in illas partes.

Item, Capitulum annuit quod litere traditionis unius portionis Collegij nostri Parisiensis, facte per Dnum Hubertum pie memorie Abbatem Premonstratensem venerabili viro magistro Johanni Guibart nomine Capituli Generalis, confirmentur et una cum hoc quod anni in quibus idem Guibart tenebatur facere ibidem certas reparationes prolongentur ad duos annos incipientes a cessione presentis Capituli, hoc proviso quod dictus Guibart tenebitur dare sufficientem cautionem apud Parisienses faciendi dictas reparationes, qua et tempus confirmetur.

Item, quod fiat specialis commissio Abbati de Moncellis ad citandum coram se abbatem de Stagno ad requestam fratris Hemriquini de Campis, religiosi monasterij S. Pauli Virdunensis, et faciendum partibus justitie complementum.

Item, quod fiat missiva Reverendissimo Dno Archiepiscopo Ragusino regratiatoria de benefecijs per eum Ordini impensis tempore dni Johannis Bourse, sicut ipse Johannes retulit coram Capitulo Generali, eidem humiliter supplicando quatenus dignetur continuare bonum zelum quem habet ad Ordinem nostrum, sibi significando quomodo recompensationem Ordini possibilem, videlicet literas orationum, sue Paternitati benigne transmittit.

Item, pari modo fiat missiva honorabili viro Dno Joanni Milis, moranti in Curia Romana, ad eundem finem sicut prius.

Item, quod fiant litere orationum pro Dno Ludovico Rolin, Dno de Emerye milite, et Dna Egidia de Oerlamont sua conthorali, ad requestam Domini Viconiensis.

Item similiter pro D. Joanne de Lannoy, domino de Mergival, et dna Philippa de Lalain eius conthorali.

Item pro D. Joanne Garnier, canonico et thesaurario ecclesie Altissidiorensis, ad requestam abbatis S. Mariani.

Item pro D. Adriano de Poytiers, preposito in ecclesia Insulensi,

et preposito ecclesie S. Walburgis Furnensis et pro dna Leonora de Poytiers, vicecomitissa Furnensi.

Item pro Reverendissimo D. Joanne, archiepiscopo Ragusino, SS. Dni nostri Pape referendario domestico.

Item fiat litera orationum pro nobili viro Dno de Meerbeeck et eius uxore.

Item fiat litera orationum pro nobili viro Dno Adriano de Poytiers et eius uxore.

Item pro D. Joanne Milis, in Romana Curia commorante, preposito S. Pharaildis Gandensis.

Item pro honesto viro Joanne Denet et eius conthorali, necnon et alijs competitorijs eius, temporalibus dominis de Mesbrecourt.

Item pro benefactoribus confraternitatis S. Lachrime Dni nostri Jesu Christi in ecclesia S. Petri Selincurtensis fundate.

Item pro domicella Catharina de Mettes, domina de Pouilli.

Item pro dno Simone Sanpeyn, presbitero, fratre dni Floreffien-sis.

Item pro magistro Joanne Winckel et eius conthorali ac liberis in Lovanio commorantibus.

Item pro domino Ludovico de Viridi Valle, canonico S. Petri Lovaniensis.

Item pro matre, fratribus et sororibus carnalibus D. Parcensis.

Item pro dno Joanne de Harssillemont, domino temporali de Coppines, et Maria ejus conthorali.

Item pro D. Renato de Laval, domino temporali de Bosco Delphino, et dna de Beaune, sua conthorali, ad requestam Abbatis de Stella.

Item, Capitulum admittit dnum Cosmam Gynner in advocatum Ordinis in Curia Parlamenti sub stipendijs consuetis Parisijs.

Item, quod fiat commissio Abbatibus Buciliensi et Thenoliensi ad visitandum monasterium Clarifontis et religiosos dissolutos viriliter puniendum.

Item, quod fiat commissio Abbatibus S. Petri Selincurtensis et Gaudij Vallis et assumpto secum notario apostolico ad visitandum et reformandum monasterium de Perrodio novo in Capite et membris; et, si invenerint aliquos religiosos fuisse aut esse percussores et portare cultellos acutos ad nocendum sive apostatas aut irregulares aut inobedientes ordinationibus Dni Cussiaccensis, dicti loci ultimi visitoris, quod ipsos per carcerem viriliter puniant aut invocato ad hoc brachio seculari.

Item, Capitulum condempnat modernum Abbatem de Marchasio

Radulphi ad solvendum fratri Roberto Wautier infra festum Penthecostes duo scuta aurea cum medietate unius modij cum dimidio bladi, et inter festum Omnium Sanctorum alia duo scuta cum residuo unius modij cum dimidio bladi.

Item, Capitulum constituit et recipit D. Mattheum Larchier in procuratorem Ordinis in Curia D. Episcopi Laudunensis, sub stipendio xl solidorum Parisiensium.

Item, Capitulum condemnat modernum Abbatem monasterij Clari-fontis ad solvendam fratri Petro de Namur, religioso monasterij Vallis Dei, pensionem assignatam eidem de Namur et per eundem Abbatem solvi promissam ratione cessionis juris quod ipse de Namur pretendebat ad abbatialem dignitatem dicti monasterij Clari-fontis.

Item, ut Christianissimus Dnus noster Rex de nobis merito debeat contentari, ordinat Capitulum quod singuli Prelati cogant efficaciter suos religiosos ad observandum quatuor articulos, ex parte ipsius Regis Dno Premonstratensi traditos et exhibitos.

Sequitur Copia Articulorum.

Hec sunt verba per aequissimum judicem Cancellarium Francie dignissimum Reverendissimo Dno Premonstratensi in concilio proposita.

Cum Regia Maiestas nihil magis preter salutem anime sue quam pacem et prosperitatem sui regni desideret, que nullo modo sine devotis precibus contemplativorum haberi possunt, sicut Moyses in monte precibus contra inimicos cum Josue dimicando decertabat et cessantibus precibus inimici superabant : sic noster Christianissimus Francorum Rex precibus vestris iuvari cupit. Proinde, ad reformationem Ordinis Premonstratensis et omnium religiosorum anhelat. Hec sunt principaliora puncta reformationis, in quibus religiosi plerumque aberrant :

Primo, intendit Rex ut religiosi Ordinis Premonstratensis iuxta sue Regule statuta obedientius et in arctiori ac strictiori claustrum custodia quam priscis annis religiose vitam degant devotissimam; apostate, fugitivi, appellatione postposita carceribus mancipentur, puniendi et Abbatibus regia Maiestas indubie manus porriget adiutrices.

Item, secundo, hic iacet magna deformitas. Honestae et caste vivant religiosi vestri, nullo modo illecebris operam dantes, sic quidem quod nulle suspecte mulieres intrent eorum officinas, cum eis minime habeant aliquod commercium dormiantque cameris apertis vinumque in monasterio non vendant neque curati religiosi sub pena

privationis beneficiorum loca non discurrant maneatque apud ipsos contemplationi vacantes.

Item tertio, intendit Rex specialissime ut omnia sint communia, iuxta Ordinis vestri professionem communiter vivendo deponantque fratres omnem pecuniam suam ex industria aut beneficio acquisitam ter in anno penes Prelatum largiturum unicuique secundum quod cuique opus erit. Abbates vero statum ecclesie sue Patribus Abbatibus aut visitoribus semel in anno ostendent et quidem diligentissimam de spiritualibus et temporalibus rationem reddituri; negligentes et dilapidatores deponantur, maneatque cum suis religionis sub pena privationis, Deo devotissime servientes.

Item quarto, intendit Rex ut non tam indifferenter et communiter fratres vescantur carnibus sed vivant secundum primevam Ordinis institutionem si fieri possit, illud tamen arbitrio prelatorum pro locorum et temporum opportunitate et necessitate relinquendum est, et generaliter vult omnia alia statuta per vos et religiosos vestros inviolabiliter observari. Et si hoc feceritis, rem Deo gratam et regi gratissimam facietis. Sin non, per alios alterius vocationis fiet, prout jus dictabit et ratio suadebit.

Item, Capitulum dat licentiam Abbati de Monte Dei quod possit impetrare mandatum regium ad capiendum omnes religiosos nostri Ordinis apostatas in Ducatu Normannie, et ipsos incarcerandos, ita tamen quod reddat Ordinem indemnem et fiat missiva seneschallo Normannie ut dignetur apponere et infigere dicto mandato suam infixionem.

Item, Capitulum presens ordinat quod fiat missiva Domino temporali de Roever, fundatori monasterij S. Andree in Nemore, quatenus dignetur contentari de punitione facta et benigniter sublata per fratres Balduinum de Misel, Petrum de Wercin et Philippum Clerici in monasterijs Premonstratensibus S. Martini Laudunensis et Cussiacensi, hoc adiecto quod si eos recidivare contigerit, Ordo eos taliter puniet quod ceteris cedet in exemplum.

Item, per aliam missivam precipiatur Abbati dicti monasterij quatenus eos recipiat cum conditione quod, si recediverint, eos puniat de omnibus preteritis excessibus.

Item, ordinat Capitulum quod processus intentus inter fratrem Michaellem de Solemsines et fratrem Johannem de Montesson, religiosum monasterij de Stella, Ordinis nostri, pendens in Curia Parlamenti super jure abbatialis dignitatis per quemlibet eorum pretese in monasterio de Perrodio Novo, habita licentia ab ipsa Curia ponatur in manus quatuor consulum regionum ecclesiasticorum

electorum per Dnum Premonstratensem, qui auctoritate Ordinis habeant potestatem omnimodam determinandi dictum processum usque ad sententiam diffinitatem inclusive, adiuncto secum domino Premonstratensi cum uno alio prelato Ordinis, quem sibi placuerit convocare, et tenebuntur partes tenere sententiam ipsorum tamquam arrestum Parlamenti sub pena 500 scutorum auri applicandorum pro medietate ad utilitatem Ordinis et pro alia medietate parti servanti sententiam.

Item, Dominus Premonstratensis restituit moderno Abbati S. Joannis Ambianensis jus paternitatis monasterij de Ressonio, de quo fuerat suus predecessor privatus.

Item, remittit Abbati Clarifontis medietatem sue tallie usque ad decem annos propter paupertatem.

Item, Capitulum confirmat contractum initum inter Dnum Stephanum de Mes, olim abbatem S. Foillani, et dnum Jasparem, modernum abbatem dicti loci, secundum tenorem literarum per dictas partes passatarum in manu notarij Capituli Generalis.

Item, pro omnibus emergentibus que Generale Capitulum futurum non poterunt commode expectare, sicut annis preteritis factum exstitit, ordinat Capitulum quod D. Premonstratensis cum Patribus Abbatibus et alijs prelatiis, quos sibi placuerit convocare, habeat seu habeant potestatem virtute presentis Capituli definiendi, concludendi et omnimode determinandi de singulis agendis et novis, et si necessarium fuerit, sigillo Generalis Capituli sigillandi.

Item, Capitulum Abbates Steynveldensem et Knechtstedensem in visitatores constituit pro circaria Westphalie, revocando omnes literas quibuscumque concessas, ne habeant visitationem, et quod inserantur in commissione certi articuli Capitulo presentati et per Capitulum admissi.

Item, quod fiat quitancia plenaria Abbati Steynveldensi de omnibus retroactis annis.

Item, fiat litera testimonialis Abbati Knechtstedensi quomodo monasterium Langvadense secundum registra nostra antiqua est subiectum filialiter monasterio Knechtstedensi, ordinando quod dictus Abbas gaudeat et utatur jure paternitatis in dicto monasterio, donec contrarium fuerit comprobatum coram Patribus et Capitulo Generali.

Item, Capitulum ordinat Abbatem Cappellensem et prepositum Laurissensem in visitatores Circarie Wadegotie.

Item, fiat mandatum Dno Steynveldensi ut mandet abbati Saynensi quod recipiat fratrem Joannem de Zutphania ad suam obedi-

tiam; et, si ipse non sit satis punitus, quod ipsum puniat secundum quantitatem seu qualitatem suorum excessuum.

Item, Capitulum creat, nominat et admittit Fratrem Joannem Gambier, religiosum monasterij de Seriaco in Pratis, baccalaureum in decretis, in Procuratorem Generalem Ordinis in Curia Romana; qui iuravit in presentia Capituli fideliter exequi officium Procuratoris, defendendo privilegia et libertates Ordinis contra quascumque personas iuxta suum posse, neque impetrare quicquam contra privilegia Ordinis, nec impetratis uti sine licentia Domini Premonstratensis et Capituli Generalis.

Item, Capitulum ordinat quod in singulis commissionibus fiat clausula specialis, quomodo ordinatum est quod quodlibet monasterium solvat unam plenam talliam infra biennium ad utilitatem Dni Premonstratensis in sublevamen pro sua confirmatione obtinenda exbursatorum et curati unam gratiosam contributionem, quam singuli prelati imponant secundum facultatem beneficiorum, et quod visitatores habeant facultatem requirendi dictas tallias et contributiones et ad hoc tam prelatos quam curatos cogendi et compellendi.

Item, concludit Capitulum quod Abbas Parcensis faciat conscribi plures copias statutorum renovatorum ad eas mittendas per circarias, ut Prelati Ordinis habeant inde hinc et Capitulum futurum spatium illa videndi et examinandi, quatenus in futuro Capitulo Generali possint ad plenum admitti et recipi.

Item, Capitulum remittit Abbati Montis Dei medietatem tallie monasterij sui pro tribus annis preteritis.

Visitatores anni presentis.

Francie, Floreffie, Brabantie, Flandrie, Lotharingie, Pontivi : Dnus Premonstratensis.

Normannie : Cussiacensis.

Anglie, Scotie : Cussiacensis et Prior Premonstratensis.

Burgundie, Alvernie et Sabaudie : Abbas S. Mariani.

Gasconie : provisum est ad biennium.

Hispanie : provisum est usque ad revocationem.

Frisie : Abbas Parcensis cum potestate substituendi.

Westphalie : Steynveldensis et Knechtstedensis.

Wagedocie et Yveldie : Cappellensis et Prepositus Laurissensis.

Hungarie, Austrie, Polonie, Bohemie, Moravie, Thuscie, Sicilie, Calabrie, Cipri et terre Jorositimitane : Abbas S. Martini Laudunensis cum Priore Premonstratensi.

Suevie : Abbas Sorethanus pro isto anno.

Bavarie : Osterhoviensis.

Dacie et Norwegie : provisum est usque ad revocationem.

Item, Capitulum celebrabitur anno futuro, Deo propitiante, in oppido S. Quintini in Viromandia.

Auctoritate Dei omnipotentis et sancte Sedis apostolice, excommunicamus et a consortio christianorum sequestramus omnes canonicos et conversos nobis subditos proprietatem habentes, incendiarios et falsarios literarum Ordinis nostri, conspiratores, lusores deciorum et portantes cultellos acutos ad nocendum, apostatas et illos qui ad suorum mandata prelatorum ecclesias parrochiales quas tenent nolunt resignare.

Expeditis literis Joannis Camervagnon, alias legati, pro officio nunciij Ordinis, ipse juramentum prestitit coram Dominis Capituli Generalis et secretario jurato eiusdem Ordinis de bene et fideliter exercendo dictum officium, nihil moliendo et procurando contra Ordinem, sed jura et libertates Ordinis possetenus observabit fideliter.

Signatum per me, notarium et
secretarium Capituli,
PERRACHE.

Sequitur deinde commissio data Abbati S. Evodij de Brana ut levet subsidium promissum Domino Premonstratensi.

Deinde epistola Joannis, Dei et Apostolice Sedis gratia Premonstratensis ecclesie superioris Abbatis et Generalis Reformatoris ad Joannem Abbatem Floreffie, qua permittitur proprium confessarium eligere et committit ei omnem suam potestatem. Datum Lauduni in monasterio S. Martini, sedente ibi Generali Capitulo 1498.

Copie du dix-septième siècle, faite par Gilles die
Voecht, camérier de l'abbaye d'Averbode.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. IV, reg.
173, fol. 108 v^o-119 v^o.